

rationem habebat, quae jam pervenerat, ut in toto orbe terrarum se difunderet, memoriam faciebat, ut cito populi Dei Dux nasciturus est, et millia millium cordium, semper quae regnaturus fuerat, quasi per caliginem videbat; Ecclesiam quae ab ipso Jesu oritura fuerat, catholica, apostolica, una et adhuc romana et illam multitudinem magnam quae Sathanæ ejusque asseclarum honores, qui eos perdidērunt, susceptura erat. Divinae considerationes, quae magis ac magis cor suum inflamantes, amor qui in ipso ardebat, animatur, et inter asperitatem et sideris frigiditatem, viscera sua igne amoris divini incenduntur, ita ut iterum atque iterum ipsum dicere faciunt: In te, Domine, speravi. Maria apud se stans una idea, illa erat templum Dei vivum, nihil aliud dicere audebat nisi: In te, Domine, speravi; sive suspiria proferens propter illud felix momentum quo astringere spectabat inter brachia sua, Dei Filium, sive in memoriam revocans, Æternum e caelo ad uterum suum descendentem, vi sui humilis fiat: Ad Josephum et Mariam, nihil aerumnae, nihil timoris, nihil frigoris existit, nam Joseph et Maria intrinsece conjuncti cum Deo sunt, cum Deo inter dulciora colloquia se oblectant, et ad Deum suspiria animae suae amore captae mittunt, et ut melius dicam, animae suae deificatae, quia ab illo die, Sacra Familia est jam Jesus, Maria et Joseph.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Divinus Joseph nec cogitavit unquam quae sunt mundi.\* Nec Virgo Deipara similiter. ¶ Sed ambo semper tendebant sursum. Nec....

—DIA 6 DE AGOSTO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Etiam si originale sit iniquitas ex aliena voluntate traducta, dedeceret Dei Patrem adhuc per unicum instans, in quo esset sub diaboli potestate; ergo illum non habuit, neque per unicum instans deturpatus fuit.—*Jos.*—Puritas Sanctissimi Joseph ob similitudinem cum Mariae puritate, si peccatum etiam originale ab unico instanti non excluderet, non esset aequalis cum Maria in gratia plenitudine, sed tantum in esse absque peccato; atque hoc modo videtur aequandum esse Virgini Joseph. *Jos.*—Ad eximendum Joseph a contrahendo originali, deberet esse dignitas major possibilis infra dignitatem Matris Dei ergo utpote Pater Dei, de facto non contraxit.—*Jos.*—Dignitas Sanctissimi Josephi non extiterit in ipso a tempore conceptionis si maculatus originali peccato fuerit: ergo fuit de facto sine labe conceptus, quia ab Æterno fuit dignissimus Sponsus Mariae et Pater Christi.—*Jos.*—Dignitas Sanctissimi Josephi etiam necessario consurgit, ex suo consensu, atque ex actione generativa suae uxoris terminata ad Deum hominem.—*Jos.*

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Est revera beatus Joseph scala admirabilis.\* Per quam Jesus et Maria advenerunt. ¶ Et nos ad ipsos per eum mirabiliter ascendere cum confidentia plenissima. Per quam....

## LECTIO II.

*Et meditabar in mandatis tuis quæ dilexi.*

Sanctus Joseph, quamvis semper ex suis desideriis, cogitationibus, verbis et operibus fructum capiebat, ut sic in omnibus sanctissima Dei voluntas fieret, et ita omnia in sua persona juxta quod Patri Jesu conveniebat, conformarentur; attamen, in postremo a Nazareth usque ad Bethlehem die, hoc faciebat specialissime, omni expansione et proprietate illud comprobando: Et meditabar in mandatis tuis quæ dilexi. Positus in civitate ad memoriam reducebat; Arca fœderis, nec non et reminiscebatur in illa fuisse præfiguratam Beatam Virginem Mariam et divinum Jesum. Oh quam teneræ sensationes! quæ profunditas cogitationum! quæ splendentes lucæ quæ de excelso ei adveniebant! Quomodo prænoscebat omnes gentes adoraturas Jesum! Tempus jam venit, ut David prognatus a regibus acciperetur, a nationibus acclamaretur, et omnes in manu sua collocantes sceptrum omnium creaturarum dominationis. Potens sceptrum, quod in montis Calvarii vertice consecutum, redimere debebat omnes qui sedebant sub umbra et tenebris mortis. Interea Joseph ad Jerusalem pervenit; Joseph ultra prosequitur ut tributum Cæsari solvat; Joseph quærit locum ubi Christus nasciturus erat; Joseph memoriam facit Jeremiæ Prophetæ lamentationum; Joseph oculi sunt tristes super prævaricatorum regum sepulcra; et Joseph ad Bethlehem evolans tendit, ibi surgens Rex qui juncturus est duos populos Judæum scilicet et gentilem, et omnia dominaturus sua humilitate et charitate, passione et morte.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Deipara Virgo desponsationis tempore quatuordecim annos habuit.\*Et divinus Joseph eodem tempore. ¶ Fuit ætatis aptissimæ et convenientissimæ et vir perfectus ad munus suum bene implendum. Et divinus....

## LECTIO III.

*In te, Domine, speravi, non confundar  
—in æternum.—*

Sanctus Joseph qui submersus divinis considerationibus, ad finem itineris aporinquabat, sicut sua Sponsa, sine languiditate pergebat, nam ambo Sponsi sine intermissione ab illo cui omnia elementa obediunt, circumdati erant, et cum illis stabat, et nihil quod timeant habent et omni affectu sic dicebant: In te, Domine, speravi, non confundar in æternum. Sabbatum erat, nox incipiebat umbras suas extendere, et dies vigesima quarta mensis duodecimi decurrebat, dum Joseph in Bethlehem cum Maria ingrediebatur, et juxta Caesaris edictum in ipsius censu se profitebatur, cum divina sua Sponsa et divina prole cito nascitura Impleta jam lege, providentiam facit ut locum ubi pernoctet inveniatur; et adhuc amplius mundus se gerit tamquam mundus, certe in hoc de sua nigra ingratitude se jactabat. Heu mihi! quam ingrati sunt homines! quam meritorum immemores sunt etiam amici! quam nigra ingratitude est, etiam consanguinatorum! Joseph creatoris coeli et terræ conductor est; Joseph ad propriam suam domum venit, et Joseph non a suis est receptus. Hominum ingratitude compellit eum usque ad Bethlehem speluncam, extra ingratam civitatem positam. Et ibi, cum in toto circuitu illarum

regionum silentium regnaret profundissimum, et nox in meridiano posita erat, et temporum plenitudo pervenerat, divinus Filius apparuit, divinæ Virginis Mariæ Filius, Deus inter homines sub mortali forma. Et Joseph et Maria super illum locum omnem coelorum gloriam descendere viderunt, et quomodo Angeli. Gloria in excelsis Deo, intonuerunt, et audierunt.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Joseph autem vir Mariæ juvenis formosus et pulcher esse debuit.\*Ut cum Christo Domino et ejus Deipara Virgine. ¶ Solo oculorum aspectu perditorum hominum illecebras conspiceret. Ut....

—DIA 7 DE AGOSTO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Gratiam Sanctissimi Josephi per totum vitæ decursum comparata, a nullo humano vel angelico intellectu comprehendi naturaliter potest, nostroque modo concipiendi infinite superat gratiam omnium hominum et angelorum etiam consummatam.—*Egui.*—Sanctissimus Joseph a primo instanti sui esse homines et angelos in sanctitate excedit adhuc collective sumptos: deinde sanctitatem in totius decursu vitæ per singulos actus supernaturales duplo auxit.—*Egui.*—Gratia Josephi in duplum semper multiplicata nequit non excedere naturalem humani et angelici intellectus comprehensionem.—*Egui.*—Gratia Sanctissimi Josephi, quæ licet habet terminum talis est, ut ad ipsum perveniri non possit, per enumerationem intellectus creati, et si finita revera

sit, nostro tamen concipiendi modo infinite superat gratiam aliam quæ ita non se habeat.—*Egui.*

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Filioli mei, noster immaculatus Joseph est nostra scala ad cælum.\*Atque ille est maxima ratio spei meæ. ¶ Ad nostrum sanctum Institutum perfectissime efformandum. Atque....

LECTIO II.

*Adveniat regnum tuum.*

Tamquam Sacræ Familiæ dux, ad Sanctum Joseph attinebat curam gerere de Maria quia divina eius erat Sponsa, et de Jesu, nam Filius suus vocabatur: ergo dicere non dubitamus quod, ad ipsum, regina et imperatrix cœli et terræ, nec non et qui Rex est regum et Dominus dominantium pertinebat. Utique potentia et ponderis tanti est Joseph, ut bene dicere ei possimus, tanta gratia nos impleat, ut ad nos veniat regnum suum. Præterea, mediante Josepho etiam venit Jesus qui rex immortalis omnium sæculorum est; et ita venit, ut sine separatione solii gloriæ in cœlo, in campestri et abscondita spelunca aparuit; et cum exercitibus qui ipsum comitantur venit, qui Angelorum legiones sunt; quia Rex iste pacificus est, et creaturis pacem facit, et vult multa cum fiducia, ab eo petamus ut regnum suum veniat ad nos. Ille ut plurem haberemus fiduciam, tamquam puer venit, inter noctis quietem, inter frigoris asperitates et pruinarum, extra civitatis tumultum; et patiens, humilis et magnanimus venit, et accipiens stabulum pro palatio, sufferens vivit, et moriturus patiens; passione sua felices et beatos nos faciet; sua paupertate nobis ut in possessione multarum ingre-

diamur divitiarum faciet, quae in coelo servatas nobis habet. Et hic Jesus, Deus et Homo verus in mundum venit medio Josepho, ut omnes ejus cultores salvati simus, ut media adimplerione nostrorum munerum adveniat regnum suum.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Soli Joseph et Maria inter omnes homines.\* Impleverunt in hac vita omni ex parte præceptum illud. ¶ Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, mente et anima. Impleverunt....

### LECTIO III.

*Adveniat regnum tuum.*

In diebus illis cum Joseph receptum nobis dedit gratiæ et gloriæ, in Jesu et Mariæ possessione, in terra maleficus Satan regnabat, odio plenus adversus Deum quide coelo eum ejecit, et odio plenus adversus hominem, qui Altissimi opus est. Dæmonium victurum erit per Jesum; odii regnum, ad nihilum redacturum erit per amoris regium dominatum; et per hoc, Jesus qui de nocte nascitur, circumdatus coelesti luc aparuit, quæ pauperulam implevit mansionem, pastores quibus communicatum fuit, lætificavit, et angelos puriori lætitia implevit, qui canticis laudis divinæ, illud semper gloriosum decantabant: Gloria in excelsis Deo et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Mundus semper inter execrationes semper esset, nunquam virtus agnosceretur, in opressione innocentia, et vanitas et mendacium ovantes. Proinde, absque Joseph, impietas esset virtus injustitia fuerat æquitas, vindicta esset tamquam magnitudo animi, cupiditas sicut Patriæ amer, et homines sequerentur genuflecti apud idola quæ

per manus suas fabricaverant, et peccatum in toto orbe terrarum dominans. Ah! Josephum diligamus toto corde et tota anima nostra; eum diligamus ita ut theorice et practice sanctum regnum ab eo optemus, ut in coelo ipsum amemus in æternum.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Divinus Joseph et beatissima Virgo Maria ut concepti sine labe originali.\* Ab initio sui esse. ¶ Ambo vota castitatis et virginitatis perfectissime emisserunt. Ab initio....

### —DIA 8 DE AGOSTO.—

#### LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Pium et probabile videtur S. Josephum moraliter impeccabilem esse.—*Egui.*—Non erat verisimile quod Deus Matrem suam Virginem, et Filium suum Unigenitum poneret in manibus hominis peccatoris.—*Abul.*—Pium et probabile apparet Sanctissimum Joseph, ad ordinem hypostaticum attinentem habuisse perfectionem valde superiorem, quam omnes sancti habuerunt.—*Egui.*—S. Joseph per suam dignitatem, ex se formaliter fuit inconjungibilis cum peccato; ideoque revera fuit impeccabilis per gratiam et privilegium.—*Jos*—Dignitas Sanctissimi Josephi est moraliter inconjungibilis cum omni peccato; ideoque ex natura rei vel saltem ex jure divino, noster divinus Joseph fuit revera impeccabilis.—*Egui.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Per nostrum immaculatum Josephum Deus

coelum et terram laetificat.\*Quia per Jesum Deus illuminavit omnes terras. ⁊ Ut per ipsum omnes ascendere mereantur ad coelos. Quia....

## LECTIO II.

*Adveniat regnum tuum.*

Juxta canticum Ecclesiae, bene dicere possumus, ut vi Adæ peccati venit ad nos admirabile remedium, et sicut justum est ut misericordiae divinae grati simus, ita et est, quod ut regnum Dei veniat ad nos ad quod parati simus etiam oportet veluti Joseph. Sordes peccati indignos nos facit divinum puerum accipiendi et proinde, ut regnum Dei ad nos veniat: sed sicut Joseph antequam Jesus nasceretur stabulum mundavit, ita et nos, cor nostrum peccatorum nostrorum confessione mundare debemus; et ita quamvis pauperes peccatores, vera contritionestrarum culparum possimus ad talem munditiam pervenire, ut digni efficiamur quod regnum Patris nostri Sancti Josephi veniat ad nos. Procidamus ante eum, et una cum humilibus pastoribus animam nostram cum suis potentiis ipsi offeramus, corpus nostrum suis sensibus, omne quantum summus et adhuc quantum cumque esse potuerimus. Procidamus ante Patrem nostrum Sanctum Josephum et toto cordis nostri affectu, tres admirabiles benedictiones ab ipso impetremus: benedictio animae, ut sancta ita sit, ut a peccato egrediatur, et ultra non illud comittat; benedictio corporis, ut sanus sit, et bonis terrestribus, quae necessaria nobis sunt in hac mortali vita frueri possit; et animae et corporis benedictio ut quemadmodum ambo, in hoc mundo vitam egerunt, ita in caelis deliciarum gloriae innumerarum frui possint per omnia saecula saeculorum. Amen.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Perpetuam virginitatem Mariae et Josephi devote honoremur.\*Quod Virgo corde conceperat, simul cum viro labiis expressit. ⁊ Et uterque in virginitate permansit. Quod....

## LECTIO III.

*Testimonia tua meditatio mea est.*

Dulce meditationis nostrae objectum, erit Pater noster Joseph, praesertim in diebus illis beatis, quibus Missionarii Josephini ad suum obsequium dicati habemus. Quemadmodum Joseph dum legebat, canebat et meditabat super David avum suum, magna solatia, spes vehementes et actus charitatis heroicae sentiebat, ita et nos dum attentio nostra super Sancti Josephi vitam dolorum et gaudiorum plenam fixemus, a Maria Virgine petamus, ut nobis det Joseph cognoscere sicuti ipsa eum agnovit; ut sic Josephum amemus, sicut Maria eum amabat. Si humiles fuisset, quis quod in nostro acciderit casu explicare potuisset, dum per coelestem lucem ducti aliquid suae coelestis venustatis voluerimus conjectare? quomodo eum considerarem fructum sui laboris manducantem, cum Maria et Jesu? Quomodo eum videremus in laboribus ab infantia sua positum, Deum habens adjutorium suum, et solatium a juventute sua! quomodo eum videremus totum ad obsequium Dei deditum, et se servantem illa puritate quae Dei Patris est! Tunc admirabilia poma colligeremus testimoniorum ex suo admirabili agendi modo, per quos meditati fuimus; et tunc felices erimus quia in pace panemstrarum meditationum manducaremus; et ex illo die erimus beati quia haec

vita normata erit super tuam, sicut certum consecrarium ex illo: Testimonia tua meditatio mea est.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Virgo et Joseph primi fuerunt.\*Qui in Veteri et Novo Testamento virginitatem suam. ¶ Perfectionissimo voto omnipotenti Deo consecrarunt. Qui in Veteri....

—DIA 9 DE AGOSTO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Sanctissimus Joseph cui Christus ipse et Beata Virgo subditi erant, quemque ideo omnes creaturae venerari deberent, quomodo esset Dei inimicus?

—Jos.—S. Joseph vi suae dignitatis ita est conjunctus animae Beatae Virgini ut fuerit unus spiritus cum ipsa et unum cor: ergo moraliter impossibile est ut aliquando peccaret; ergo fuit impeccabilis; ergo neque habuit originale.—Jos.—Unio Beatæ Virginis Mariae cum Sanctissimo Josepho vi suae dignitatis, semper maneret aestimatione dignissimum et amore; ergo numquam fuit per peccatum inimicus Dei, neque daemonis mancipium; ergo permaneret semper impeccabilis; ideoque a primo instanti sui esse etiam fuisset impeccabilis, ut ab originali liberatus.—Jos.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Ave, bone Joseph, unicum molestiarum levamentum.\*Ave, omnium dolorum cordium medicamentum. ¶ Quia tu est revera medicina egrotantibus. Ave....

LECTIO II.

*In laboribus meis exemplum dedi vobis, filii mei.*

Dominus Sanctus Joseph familiis josephinis ambabus perhibetur, et ut ad laborem operam demus vult, ut omnino otiositatis vitium fugiamus, quod omnium vitiorum parens, omnium communitatum religiosorum pestis, omnium calamitatum sive corporalium seu spiritualium, et omnium illorum malorum quæ nobis evenire possunt origo est. Hac de causa ut hoc impediatur, nobis dicit: In laboribus meis exemplum dedi vobis, filii mei. Dominus Sanctus Joseph statim ac diem adventabat, lætus ad lignariam officinam suam decurrebat, et cum placido atque hilari vultu laborare incipiebat. Sudabat quidem in labore et eum non intermittebat nisi id tempus quod ad quietem sufficiebat, et laborando procedebat usque dum nox veniebat. Numquam vere stabat neque minimum tempus in locis ubi multi quietem a negotiis suis dabant in recreationibus Nazareth. Omnes josephini et josephinæ de hac mirabilissima vita dicamus, vita enim fuit laboriosa. De illa dicamus quoniam de ea primum dicere voluit Filius suus Jesus. Jesum consideremus Josepho prorrigens malleum et coetera instrumenta sui officinæ lignariæ: quomodo eum illo mensuras accipit et fabrilis opera fabricat! quomodo dum dies declinat Jesus assulas sparsas per officinæ solum colligit. Etiam nos laborare discamus; et postquam ad orationem et pietatis coeteros actus vocemus in æducatione et juventutis instructione laboremus: in exercitiis et sacris excursionibus laboremus cum infirmis et toto indigentium genere laboremus; et eo magis laboremus cum rectitudinis simplicitate, quod Joseph norma est nostra.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Beatissima Maria et Sanctissimus Joseph in æterna electione. \*Sunt æquiparati. ¶ Ut ambo almi Parentes Christi perfectissime essent. Sunt....

LECTIO III.

*Jugum meum suave est, filii mei.*

In operationibus suis cum Sacra Familia Dominus Sanctus Joseph, cum admirabili lætitia laborabat, ut labores sui onerosissimi, levissimi essent. Quomodo Joseph, tamquam Sacræ Familiæ dux, officia sua agnoscebat! non solum præcarium agnoscebat statum, suum juxta circumstantias in quibus Providentia eum posuerat, sed etiam suas instantes necessitates ad quas ipse solus sollicitè attendere debebat, Joseph semper in officina sua occupatus erat a mane usque ad noctem, et Joseph somno et quieti innumerabiles horas rapit ad dolabellam, levigatorium et malleum manu tenere, et ita cibum necessarium lucrare, quo familiæ suæ pauperculæ subveniret; et omnia hæc facit absoluta et columbina simplicitate, lætus ambulat in laboribus et fessionibus quibus Maria et Jesu præclaram vitam sustinet. Oh et quam verecundum ad filios et filias Josephi esset hoc, nisi laborem diligentes fuissent! quam verecundum pigri esse in laboribus animarum salvationis! quam pudibundum, a pigritia esse capti, tempus miserabiliter amittens, tempus quod in juventutis instructione potuit esse dispensatum! quæ verecupdia, quod per otii amorem infirmis non curentur, neque indigentes qui sese obstuverant succurrere! quam verecundum, neque exercitiis spiritualibus, neque apostolicis excursionibus operam dare, et quæ juxta divinæ Pro-

videntiæ consilium dare potuissent! ah! laborem amemus et ita nostram vitam activam diligamus, ut innumerabiles salvemus animas.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Omnes benedictiones Dei veniant super caput Josephi. \*Joseph vir Mariæ, qui fuit caput Mariæ. ¶ Quantum Sponsus. Joseph....

—DIA 10 DE AGOSTO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Attenta dignitatis Josephi excellentia et ordinis hypostatici superioritate, semper manet cum omnibus privilegiis ei debitis et honoribus, inter quos impeccabilitas honor est eximius, privilegiumque maximum habendum: ergo numquam fuit in eo peccatum, neque originale.—*Jos*—Humanitas Christi est essentialiter impeccabilis, per unionem hypostaticam et personalitatem Verbi; atque etiam almi parentes Christi sunt impeccabiles, quia Parentes sunt Christi et aliquoties viderunt illum sicuti est.—*Jos*.—Peccatum originale dedecuit Josephum quia ab Æterno, et principaliter a primo instanti sui esse dignitatem Sponsi Mariæ et Patris Christi revera habebat; ideoque conceptus fuit absque originali.—*Jos*.—A primo instanti sui esse agebat cum Josepho Deus cum Sponso Virginis et Christi Patre; ideoque intuitu suæ dignitatis ipsum in primo instanti sanctificavit conceptione ita immaculata ut esset absque originali.—*Jos*.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

Piissima

R Salve, bone Joseph, per saecula saeculorum.\*  
Quia tu es nobis remedium adversus daemona. ¶ Et  
semper ingemisse nos omnes Josephini, nisi Pater  
noster esses. Quia. . . .

## LECTIO II.

*Oh filii mei, onus meum revera leve est.*

Illo momento quod non juxta catholicum sen-  
sum accipitur; omnis defatigatio onus est magnum,  
et omnis labor in gestabile onus; non obstante, ut  
nati fuimus ad laborandum sicut avis ad volandum,  
et equus ad currendum, et multi ad onus portan-  
dum, sed si tanquam veri Josephi filii operamus,  
juxta regulam tunc, laboraremus, teorice et prac-  
tice juxta Josephum qui ad solatium nobis da-  
tus, nos docet norma sua operari dicens: Oh filii  
mei, onus meum revera leve est. Certe, ita Josephi  
fuit quotidianis laboribus fortitudo constans; et  
quamvis in illis manus suæ occalcerunt, nunquam  
vultus sui tranquillitas perdita, est; neque in que-  
relas prorumpit, et neque signum quidem apparere  
fecit fastidii, impatientiæ et deflexionis. Dum dies  
incipiebat, pro Deo initium laboribus dabat; simi-  
liter et nos faciamus ab hoc momento, in initio la-  
borum nostrorum dicentes: Propter vos, Jesu, Maria  
et Joseph, in hac die laborare incipio: et dum dies  
illuscit vires nostras instauremus, aliquo in momento  
interpellando, ut affectuosi dicamus: Oh quam dulce  
mihi est laborare pro vobis, Jesu, Maria et Joseph.  
Et cum labores nostros concludamus, cum pueris,  
juventute, pauperibus infirmis, indigentibus et cum  
peccatoribus pauperibus, ut non perdantur, mag-  
no cum affectu dicamus: Si millia haberemus bra-

chia, secederemus ut eisdem  
tantum, Jesu, Maria et Joseph.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Divinus Joseph fuit beatissimus super omnes  
homines puros.\* Similis Virginis gloriosæ. ¶ Et elec-  
tus a Deo in adjutorium simile Virgini.—Similis  
Virgini. . . .

## LECTIO III.

*Noster immaculatus Joseph urget nos.*

Invisor hominum et mulierum felicitatis Satanas,  
sicut illa invidia in paradiso protoparentes nostros  
dispoliavit, ita nunc millibus millium illecebrarum  
et circumventionum, illo summo bono ad quod crea-  
ti fuimus, spoliare conatur. Infeliciter, suis ma-  
lignis artificiis multos josephinos et josephinas  
potuit illudere eos faciens ut divinam suam voca-  
tionem perdant et ab Instituto recedant, ipsis nunc  
promittens ipsum quod tunc eis promittit, dicens:  
Eritis sicut dii, miseri et lusi! infauste seducti! Qui  
debilem cordis humani partem agnoscit, eos detur-  
pavit habitu superbiæ, mentem suam turbavit,  
semper sub boni colore, cogitationibus et ambitionis  
aspiraminibus eos affigens, in corde suo faciens ut  
radices gignant fructus superbiæ periculosæ, quod in  
occultum manet; Ah! Joseph illuminet nos; Joseph  
adjuvet nos; Joseph protegat nos; Joseph consoletur  
nos; Joseph honoret nos; Joseph glorificet nos; Jo-  
seph ita impleat nos suis lucibus, gratiis et bene-  
dictionibus, ut de facto a maligno superbiæ somno  
surgamus et cum vita nostra bona et omnino juxta  
regulas, vitam æternam quam Joseph filiis suis  
præparat consequamur.



Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Non fuit inventus similis Joseph in filiis eorum. \* Qui fuerunt præstantiores cæteris hominibus mundi. ⁊ Usque ad adventum Christi, neque post. Qui fuerunt. . . .

—DIA 11 DE AGOSTO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Sicut dedeceret Josephum post dignitatem habitam, aliquando esse contemptilem, propter peccatum ita dedeceret in illo ab initio sui esse; quia tunc jam revera esset Pater Christi et Sponsus Virginis.—*Jos.*—Si noster divinus Joseph conceptus fuit in originali, tum dicere debemus Sponsum Virginis et Patrem Christi peccavisse, quod revera absit a nobis.—*Jos.*—Impeccabilitas Sanctissimi Josephi optime cum ejusdem libertate componitur; quia non sit essentialiter impeccabilis, sed per gratiam tantum et privilegium.—*Egui.*—Sanctus Joseph omnes in gratia et justitia sanctos excessit.—*Peralt.*—Sicut Maria omnes sanctos simul et collective sumptos multi excedit; ita divus Joseph omnibus sanctis.—*Augustinianus.*—Doctorum judicio, non minus probabiliter quam pie suaderi videtur, Josephi sanctitatem excessisse omnes sanctos etiam simul sumptos, sua Sponsa excepta.—*Egui.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Qui ex nostris jacet in culpa. \* Respiciat Patrem nostrum Josephum illumque deprecetur. ⁊ Ut ipse

per Jesum et Mariam cor nostrum ad compunctio-  
nem revera illustret. Respiciat. . . .

LECTIO II.

*Oculi mei ad filios meos ut sedeant mecum.*

Sanctus Joseph nos filios suos vocat, quoniam ad efformandam familiæ josephinæ partem, vocati fuimus, quæ ad innumerabiles animas salvandas assignata est. Universalis Sancti Joseph consociatio, josephinæ Mariæ filiæ, et coadjutores nostri qui ad animas salvandas nos juvare debent, et qui vitam suam juxta Evangelium conformantes, illud audient mirabile: Filii estis Excelsi omnes; præterea, nos, sacerdotes missionarios josephinos, elegit, qui quemadmodum portio prærogativæ jure donata, alta officia divina exercere debemus, in ministerio sacro ex gratiæ ejus dispensatione, Sanctus Joseph tanquam bonus Pater noster, qui inter mille nos elegit, ad sacram familiam efformandam, semper conversos habet super nos filios suos oculos, ut videat si fideles et obedientes ipsi sumus, si per viam suorum mandatorum recte ambulamus et si evangelica consilia ad observantiam redeamus; et omnia hæc sic desiderat, sic vult, et sic a nobis exigit, ut particeps nos fiat favorum suorum et donorum. Ita, regulæ nostræ observantes consiliis evangelicis in illis contentis fideles, in terris benedicemur, et privilegiis pleni, ita vere vocati erimus, in terra fideles, ut sedeamus in suo regno æterno.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Sicut Dominus descendens de coelo elegit Matrem. \* Perfectissimam inter omnes mulieres. ⁊ Ita

elegit Patrem Virginem perfectissimum inter omnes homines. Perfectissimam....

## LECTIO III.

*Ego recipiam vos et ero vobis in Patrem.*

Multum, sed multum et supramodum amare Josephum debemus, nam ab illo vocati ad Institutum efformandum, ad facienda vota selecti fuimus, a quo die beato, cum Christo in hæreditate sua nos admisit, et ut Pater noster qui est in coelis ipsum vocemus permittit; et vult, ut non solum dulciore nomine ipsum invocemus, sed etiam quod ita filii boni et piissimi simus, ut numquam in infidelium fratrum actionibus partem assumamus. Si ita nos gerimus, in nobis populo suo selecto videbit, et brachia sua amoris plena aperiens, amplectet nos tamquam veros filios, omni veritate nobis dicens: Ego recipiam vos et ero vobis in Patrem et vos eritis mihi in filios. At S. Joseph non solum nobis est tenerrimus pater sed etiam nobis reliquit amantissimam matrem quæ nos in tot ac tantis tribulationibus diligentissime succurreret. Et quemadmodum Virgo Maria cum in utero suo immaculato Dei Filium concepit, nos omnes spiritualiter concepit, in filios suos accipiens ita Sanctus Joseph, dum mysterium sanctæ Incarnationis ipsi revelatum fuit etiam se redemptorum Patrem esse credit quoniam ipse una cum Jesu et Maria salvaturus erat omnium hominum genus; et nemo de illo summo Sancti Josephi privilegio voluisset dubitare, Angelus enim ipsi nuntiavit illud, dicens ei: Vocabis nomen ejus Jesum, ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Numquid sapientiozem Josepho invenire poteris? Tu eris super domum meam. ¶ Et ad oris tui imperium cunctus populus obediet. Tu eris....

—DIA 12 DE AGOSTO.—

## LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Pium juxta probabileque apparet Sanctum Joseph montem esse, qui signatim mons domus Domini nuncupatur.—*Egvi.*—Mons cui domus Domini nititur Sanctus Joseph cui merito illud dixeris: in te omnis domus inclinata recumbit; ceteri vero montes sunt omnes sancti; Sanctissimus Joseph omnes simul sanctos in sanctitate superat et excedit.—*Egvi.*—Sanctissimus Joseph est mons in vertice montium præparatus multis illos omnes parafrangiis exsuperat; excedit quoque Josephi sanctitas atque gloria, gloriam sanctitatemque coeterorum, etsi collective accipiantur.—*Egvi.*—Virgineus Sponsus Joseph omnes sanctos simul et collective sumptos in sanctitate et gratia excedit ac superat.—*Egvi.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Quicumque ex nostris sentit impugnationem.\* Ab hostibus, a mundo, a carne vel a daemone. ¶ De precemur Josephum et ipse immittet nobis auxilium de sancto. A hostibus....

## LECTIO II.

*Ego sum Ecclesiæ decus, gloria et firmamentum.*

Sanctus Joseph, vi suæ divinæ prædestinationis, prædestinatus fuit ut esset dignissimus Mariæ Spon-